

I. N. J.
DISSE^TRAT^O ACADEMICA,
FAMAM REGIS
EX
ORIENTE
VENTURI,

Breviter expendens,
Cujus PARTEM PRIOREM,
Suffragante Amplissimo Philosophorum ordine,
In Regia Academia Aboënsi,

Sub PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI atq; CELEBERRIMI,

DN. CAROLI ABRAH.
CLEWBERG,

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.

Publico bonorum examini modeste subjicit

STIPENDIARIUS REGIUS

MAGNUS LINDELL,

Smolandus.

Ad diem IX. Junii MDCCLIII.

Loco horisque ante meridiem solitis.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland, JACOB MERCKELL.

Ho. Chytræus

Kongl. Maj:ts

Tro-Man och Öfverste-Lieutenant samt Riddare
af Kongl. Sverds Orden,
Högwälborne Baron,

**HERR WILHELM
STIERNSTEDT ,**

HÖgvälb. Herr Öfverste-Lieutenanten, som uti Krigs-
ftändet til Fädernes landets väl, med oförfa-
skad nit upoffrar sina dagar, är derhos en älskare af
nyttiga vettenskaper. Otvifvelachtige prof deraf aro
mig för ögonen, som nu i flere års tid under des hägn
ägt den lyckan här i landet få upbruка mina af natu-
ren undfängne snillegåfvor. Närvarande arbete, angå-
ende Ryktet om Konungen af Österlandet, ämnas til et
ringa bevis af hog at ei illa använda min tid vid det-
ta Läro-sätet. Lät alt derföre, Nåd. Herre, det sam-
ma tillika hos Eder få forklara mitt vördnadsfulla sin-
ne och ärkänsla för all ärtedd ynnest. Almagten om-
gitve Eder öfriga Lefnad med så mycken fällhet, som
ett tacksamt hierta kan önska! Det skal oaflåteligen
vara min ifriga och trågna bön, då jäg med diup vör-
nad framhärdar

*Högwälborne Herr Baron Öfverste-Lieutenantens och
Riddarens*

*Allerödmukaste Tienare,
MAGNUS LINDELL.*

VIRO Nobilissimo atque Amplissimo,
D.N. CHRISTOPHORO
R A P P E ,

Supremi Magni Ducatus Finlandiae Dicasterii
Affessori Gravissimo,

Favoris ac benevolentie documenta, quæ in lares paternos extare voluisti, luculentissima, nullo non tempore animo obversautur meo. Sed eadem, hecatombis digna, ullis officiis, ullis unquam curis demereri, longe supra meas vires positum equidem lubens agnosco. Tibi proinde, Vir Generose & Consuliſſime, cum meliora non suppetant, has offero pagellis, quas si leta ac serena acceperis fronte, ceteris in me meosque collatis beneficiis, hoc ipso cumulus accedet ingens. Mearum vicissim erit partium summum felicitatis nostræ statorem ardentissimis Juspiris precari, dignetur Te, Vir Amplissime, in annos bene multos Patriæ, Themidi Fenニア, tuisque omnibus superflitem servare.

Nobilissimi atque Amplissimi
NOMINIS TUI

Cliens humillimus,
MAGNUS LINDELL.

VIRO Admodum Reverendo nec non Praclarissimo;

DN. MAG. HENRICO FLEEGE,

Ecclesiarum quæ Deo in Kimito, Hitis & Dragsfierd colliguntur, Pastori meritissimo, Fautori quavis observantia perpetim colendo.

Admodum Reverendo ac Praclarissimo VIRO,

DN. JOHANNI TELANDRO,

Ecclesiarum quæ in Korsberga, Lemnhult & Solborga colliguntur, Pastori adcuratissimo, Fautori semper suspiciendo.

Admodum Reverendo & Praclarissimo VIRO,

DN. NICOLAO SEBELIN,

Ecclesiarum quæ in Resteled colliguntur, Pastori adcuratissimo, Fautori Grata mente honorando.

Admodum Reverendo ac Praclarissimo VIRO;

DN. MAG. PETRO WICKENBERG,

Ecclesia Resteledensis Vicario Pastori Laudatissimo, Evergetæ & Fautori optimo.

Ingratus essem Fautores, nisi pia mente beneficiorum recordarer, quibus me plus simplici vice cumulatissime ornastis. Cumque nihil in potestate mea sit, quo pietatem erga vos meam publice testatam facere queam, opusculum hocce qualemunque vobis offero, rogans, dignemini innocuos meos conatus, meque ipsum solito amore ac favore complecti. Ero quoad vitæ bujus mibi contigerit usura,

NOMINUM VESTRORUM

Cultor observantissimus,

MAGNUS LINDELL.

§. I.

Religionis Christianæ veritatem olim non modo, verum nostra etiam, quod dolemus ætate, variis impiorum hominum fallaciis impugnari, neminem latere potest, cui fata ecclesiæ & reipublicæ litterariæ vel leviter inspicere contigerit. Illis plurimi antiquorum quin & recentioris ævi scriptorum, alacriter strenueque obviam eundo, magno argumentorum apparatu, ita pro bona causa depugnarunt, ut quod regerant, adversariis relictum esse videatur nihil. Armorum autem, quibus in veritatis arce propugnanda felicissime usi fuere nostri, universam eamque splendidissimam suppellectilem cum perlustrare jucundum esset; nos, quæ nostri sit ingenii tenuitas, probe memores, contenti erimus, si paucis originem famæ de Rege ex oriente venturo, circa tempora Nativitatis Christi percrebescens indagando, quid inde veritati accedat roboris, in aprico collocare valuerimus. Quod dum fa-

A

cere

cere adgredimur, Penevoli Lectoris, ea qua par est humanitatis officiorumque testificatione, nobis exceptimus favorem & mitiora de innoxio hocce conamine judicia,

§. II.

DE Rege venturo multa passim apud veteres habentur, quæ & alio pertinere, & a nostro instituto esse aliena, sequentia docebunt. Nobis examinanda se fistunt ea vestigia hujus famæ, quæ reliquerunt historicorum triumviri, iidemque maxi- mi nominis, Flav. Josephus, C. Svet. Tranquillus & C. Cornel. Tacitus. Horum primus, quem & historicorum, ubi a S. S. S. S. discesseris, primum & *αξιοποτάτου* rerum suæ gentis enarratorem adpellant eruditii, Flavius Josephus, expositurus rationes, quibus commoti bellum contra Romanos vel suscep- perint, vel tanta obstinatione prosecuti fuerint Judæi, hæc habet; τὸ δὲ ἐπίειρον αὐτὸς παλαιὸς πόλεμος, ἦν ζητοῦσσις αὐτοφύολος ὄμοιος ἐν Ιορδάνῃ εὐρυμένῳ. οὐδέποτε, ὡς καὶ ίστορια τοιχογραφίαν εἰκόνων ἀπὸ τῆς χώρας τῆς αὐτῆς ἀρχέσθαι ὕπειποντες. i. e. Sed quod maxime eos ad bellum excitaverat, vaticinium erat ambiguum in sacris libris répertum, illis circiter temporibus quendam ex eorum finibus profectum, orbis terrarum imperio potiturum. (a) ζητημόντος αὐτοφύολον Josephi, veterem constanterque opinionem adpellat C. Sveronius (b). Percrebuerat, inquit, oriente toto vetus & con- stans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa protecti rerum potirentur. Non multum abludit C. Cornel.

Cornel. Tacitus, Scriptor eloquentissimus, idemque „
 et per nos, (c) pluribus, inquiens, persuasio inerat an-„
 tiquis Sacerdotum litteris contineri, eo ipso tem-„
 pore fore, ut valeaseret oriens, protectique Iudea „
 rerum potirentur.,,

(a) Joseph. Bell. Jud. L. VI. c. 5. p. m. 390. (b) Sve-
 son. in Vespasian. IV. 8. (c) Tacit. Hist. L. V. C. 15.

§. III.

Si ad loca th. præced. allara vel tantillum adten-
 dere voluerimus, facili negotio, duo momenta
 nobis se offerent consideranda, nimirum tres auto-
 res pene ~~oraculorum~~ eandem nobis tradidisse narratio-
 nem, quo eidem fidei accedit plurimum; cum veri
 vix reddatur simile, unum ex altero depromissæ sua.

Quumque præterea in enarranda veteri & constanti il-
 la opinione iisdem fere usi sint verbis; non incongrue col-
 ligere nos posse arbitramur, illos aut ex oraculis prophe-
 tarum, aut fama ipsa totum terrarum orbem pervagata
 hæc hauiisse vaticinia. Quantos vero motus animorum,
 quantam expectationem hæc quaqua patuit orbis latissi-
 me disseminata excitaverit persuasio; persuasurum si-
 bi quemlibet haud difficulter, nemo non viderit. Et
 nos quoque mox in majori luce collocabimus, ubi
 varia in sensu vero indagando hujus vaticinii de re-
 ge ex oriente prodituro hominum ea viventium æ-
 tate recensuerimus sententiarum divertia. Hæc pro-
 cul dubio diversis præjudiciis & de rege venturo no-
 tionibus, quibus illis temporibus in partes traheban-
 tur mortalium animi, debebant originem.

A 2

§. IV.

§. IV.

Judæos oraculis Prophetarum de adventu Messiae edoctos, magna ejusdem tenebat expectatio; sed animos velut lues contagione quadam infecerat persisso, qua spe regis mundani res jam collapsas restituturi, hoc vaticinio imminentem annunciarri liberationem a jugo Romanorum rati, tanto iis fortius fere opposuerunt. Testis est Josephus, verbis supra allegatis subjungens, τότο γι μάς ως οὐκέπος οὐδέλαθεν, καὶ πολλοὶ τῶν οὐφῶν ἐπλανῆθησαν περὶ Ἰην κείσοντες: Hoc illi „quidem quasi proprium acceperunt, multique Sapi- „entum interpretatione decepti sunt. (a) Quod etiam „non obscure confirmant sequentia Svetonii; Id Ju- „dæi ad te trahentes rebellarunt. (b) Eandem Ju- „dæorum tententiam nec reticuisse Tacitum, pro- „dunt quæ prioribus subjicit verba; Sed vulgus Ju- „dæorum, more humanæ cupidinis, sibi tantam fa- „torum magnitudinem interpretati, ne adversis qui- „dem ad vera mutabantur. „ Hoc tamen non obsta- „re videtur, quin tuto queamus adserere, fuisse non paucos, qui cum Simeone, aliisque de Judæorum cœtu fidelibus, saniora de Messia edocti, hæc ad mundi Salvatorem referenda senserint. Unus, quan- tum novimus, Josephus tribulum sententiam deserit, & oracula de rege Messia ad Vespasianum accom- modare solet, sic enim addit; ἰδίᾳς δ' ἀερ τὴν περὶ Ουε- σπασιανὸν τὸ λόγιον ἡγεμονίαν, αποδειχθέντος ἐπὶ ιudeias αὐτο- „, καὶ Ιορδα. i.e. Hoc autem plane responso Vespasiani de- „signabatur imperium, qui in Judæa creatus est Imper.

Imperator. (c), Quod tamen Josephum ea propter fecisse, ut Vespasiani gratiam turpissima adulatione aucuparetur, res est notissima. Qum enim captus a Vespasiano ei filioque ejus imperatoriam dignitatem prædixisset; postea ab eodem hortatu Titi, securi dissecta catena, vinculis solutus, variisque cumulatus fuit beneficiis. (d) Josepho suffragantur ple- rique; & inter eos Svetonius ac Tacitus, qui de Vespasiano atque Tito hæc, prædicta esse voluerunt. Augusto hanc famam alii convenire rati, ad eum accommodarunt prodigium paulo ante quam nasceretur, Romæ factum publice, portendens Regem Populi Romani naturam parturire (e). De quo aliisque prodigiis pluribus agit Dio. (f) Reliqui gentilium prout convenientissimum arbitrabantur, de diversis regibus & principibus hæc cupiebant intel- lecta (g).

(a) L cit. (b) loco sup. cit. (c) loc. cit. (d) vid. Joseph. bish. Jud. L. IV. c. X. (e) Sueton. in Aug. c. 94. (f) circa init. L. XLV. (g) Servat. Gallaeus dissert. Sibyl- linis Cap. XIIIX p. 363. seqq.

§. V.

Prudentiores vero aliis Christiani de Rege, ex oriente prodituro, famam memorabilem ad Regem verissimum, IEsum Christum, quem Divini prænuntiaverant vates, transferendam censuerunt. Hos inter in primis nominandi Hegesippus & Eusebius. Ille hæc habet. Inter quæ illud præcellentissimum, quod in litteris æque vetustis, quas Sacras vocabant,

„bant, manebat impressum, quod secundum illud
 „tempus futurus esset vir, qui de regione eorum
 „imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res
 „eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum liber-
 „tatem: sed etiam regnum pollicerentur. Id alii ad
 „Vespasianum referendum putarunt, prudentiores ad
 „Dominum JEsum, qui eorum in terris secundum
 „carnem genitus ex Maria regnum suum per uni-
 „versa terrarum spatia diffudit. (4) Eusebius autem
 hunc in modum. Εἰσερχόμενος τὸν πατέρα τὸν Ιησοῦν
 τὸν ιησοῦν συγχραφέντες, χρησιμὸν πτωτικὸν εἶπεν Φάσκων
 μαστὸν ἐνθῆσθαι περιεχούσι, ὃς κατὰ τὸν καιρὸν εκεῖνον αὐτὸν
 τὴν χαρᾶς αὐλήν τις ἀρξεῖ τὴν δικαιουίαν. Οὐ αὐτὸς μὲν ἐπὶ^α
 γετοπαταρίαν πεπληρώθατο εἰδηπέρ. αλλ' εὖ απόντος τῷ θεῷ,
 ή μόνος ἡρέζει τῆς υπὲρ βασιλείας. δικαιόσερχος δὲ αὐτὸς τοις χρι-
 στοῖς απαρχεῖται, περού δὲ ἐπεντοῦ ὑπὸ τῆς πατέρος. αἰτησι
 τῷτοι εἴπει, καὶ διώσω σοι ἔθνη τὴν κληρουνιάν σου, καὶ τὴν κα-
 τικότητον σὺ τὰ πέρατα τῆς γῆς. οὐ δηλοῦται αὐτὸς δηλοῦται
 τῷ καιρῷ ἐπί πάσου τῇ γῇ ἐξῆλθεν ὁ Θεογγ^Θ τῶν ιερῶν ἀ-
 ποσύλων; καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς δικαιουίας τὰ ἄνηστα αυ-
 τῶν, „h. e. ad hoc & aliud quiddam admirabilius
 „idem ipse historiographus scribit, oraculum quod-
 „dam diceatis in sacris repertum esse litteris, hoc in
 „se continens, quod illo tempore ex ipsorum quis-
 „quam regione ortus, orbi esset imperaturus, quod
 „ipse quidem Josephus in Vespasiano impletum esse
 „intellexit. Verum ille non toti, sed soli Romano or-
 „bi imperavit. Justius autem hoc oraculum ad Christum
 „refertur, ad quem dictum est a patre: Pl. 2: Pete
 ame

*a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & pos-,,
sessionem tuam terminos terræ: cuius sane apostolo-,,
rum sonus jam illo ipso tempore in omnem ter-,,
ram, & verba eorum in fines orbis exierant. (b),
Nec de alio quopiam intelligi commode potest hæc
fama Regis ex oriente. Hujus certe regnum terra-
rum orbis universi ambitu terminandum, non nisi
ad Christum pertinet, quippe qui ab æterno Rex fu-
it Regum & gentium omnium, ejusque imperio
terminos nullos, fines nullos, constituit rerum Summus
arbiter Deus. Quid quod firmam de Rege ex ori-
ente venturo persuationem, constantem & veterem
opinionem Svetonio dictam, si recte calculos subdu-
xerimus, in ea ipsa incidere tempora deprehensuri
sumus, quæ proxime præcesserunt nativitatem Sal-
vatoris; eamque sic nec temere natam, neque va-
go rumori debere originem: Sed ex certo quodam
fonte in universum derivatam fuisse terrarum orbem.*

(a) Hegesipp. L. V. de Excid. Hierosol. c. 44. (b) Hist.
Ecclesi. L. III. c. 8.

§. VI.

Est hic fons, quem pro modulo ingenii pervesti-
gaturis, diversæ se nobis offerunt eruditorum
sententiæ. Sunt nimirum, qui ad oracula Sibyllina
famam istam suos referre natales arbitrentur. Sunt,
qui Virgilii quartam Eclogam *de virginе & nova
progenie cælo demissa*, volunt ex iisdem haustam es-
se vaticiniis. Nos quidem Poëtarum principi nimi-
um honoris tribuere censemus eruditorum non pau-
cos,

eos, dum eum in numerum sanctorum vatum propter eclogam, quæ plus simplici vice, specimena prodit ethnicismi, putant referendum. Oraculis autem Sibyllinis quo minus illam deberi, de qua jam nobis est sermo, persuationem existimemus, obstat hæc videntur potissimum. De antiquissimis Sibyllarum oraculis traduntur multa; sed incertitudinis eadem habent plurimum, nec hodie est compertum quæ continuerint vaticinia. Quæ vero Patribus excitata legimus, dubiæ non minus auctoritatis esse, quam quæ hodie omnium versantur manibus, & pro Sibyllinis venditantur, supposititia, & a pia Christianorum quorundam fraude protecta, haud absque ratione suspicati sunt eruditæ. Persvasum nimicum erat non nullis facilius conversum iri gentiles, si ipsis ostendi posset, decantatam ipsorum Sibyllam de JESU & Christiana religione ante plura secula fuisse vaticinatam. Hinc sub nomine Sibyllæ prodierunt varia oracula, de Christo, quin & integra collectio, octo libris constans & Græco carmine composita. Hæc conficta esse carmina loquitur ipsum oraculorum argumentum, verisimile redundunt tot alia primorum sæculorum apocrypha, tot fraudes profectæ a præpostera pietate, quæ veritatem fulcro mendacio indigere putabat. Ethnici proinde hoc Christianis ad Sibyllina provocantibus, objecerunt, uti testantur passim Origenes, Lactanius, Eusebius, Augustinus, Sozomenus. (*) Inge-nue Augustinus; Quæcunque prophetiæ de Dei per JESUM

JEsum Christum gratia proferuntur, possunt putari, „
 a Christianis esse confitæ. Ideo nihil est firmius, „
 ad convincendos quosvis alienos, si de hac re con- „
 tenderint, nostrosque faciendos, si recte sapuerint, „
 quam ut Divina prædicta de Christo ea proferan- „
 tur, quæ in Judæorum scripta sunt codicibus. (b). „
 Quin & pro supposititiis nobiscum habent Sibyllina
 Josephus Scaliger, Is. Casaubonus, Blondellus, Peti-
 tus, Fabricius, Mosheimius aliique. (c) Ab hoc igit-
 tur fonte illam de qua jam agitur, tamam revocare
 minus tutum arbitramur. Præsertim cum in iis, quæ
 nostra ætate hoc nomine superbiunt oraculis, nul-
 lum Regis ex oriente venturi reperiatur vestigium.
 Sed plurima dixerit aliquis jactitata fuisse de Rege ven-
 turo inter gentes vaticinia, quæ famæ nostræ locum
 præbusse videntur. Nos ejus generis plurima exsti-
 tisse facile largimur: Sed simul contendimus, eadem
 reges aliarum gentium potius spectare, & ab illo,
 quem vetus indigitabat opinio, probe esse distin-
 gvenda.

(a) cf. Fabric. Bibl. Gr. T. I. L. I. c. XXX. s. Et XXX.
 n. 13. (b) de Civ. D. Lib. 18. c. 47. (c) cf. Fabric. Bibl.
 Gr. T. I. p. m. 223. it. Job. Laur. à Mosheim. not. ad orig.
 contra Cels. p. m. 582. seq.

§. VII.

FAmæ proinde hujus toto orbe percerebescens foun-
 tes indagare si voluerimus genuinos, adeundi sunt
 historici, quorum fide ad nostra tempora permanxit
 hujus rei memoria. Tacente licet Svetonio, non ta-

cet Tacitus, qui ex antiquis Sacerdotum litteris eam persuationem ortam esse scribit. Josephus etiam testatur ζενοφόντος αὐτοφίλον ἐν ιερῷ γειτναὶ responsum ambiguum in sacris litteris, fuisse repertum: hinc autem originem traditionis ad omnem posteritatem memorandæ non nisi in ipsis Prophetarum libris esse quærendam, ad oculum patet. Qum vero heic disquiri possit, e quonam potissimum sanctorum vatum oraculo repeti eadem debeat, altioris indaginis esse quæstionem libenter agnoscimus.

Quemadmodum autem Deus non simul & semel omnem suam voluntatem de generis humani redemptore patetecit: sed sapientissimo usus consilio, πληυράς, (a) לְפָרָקִים diversis temporibus & per diversas doctrinæ partes: sic in protevangelio generalia fundamenta continentur de venturo Messia (b) cetera vero momenta, tempus, locum, tribum & quæ ejus generis fuere alia, manifestius indicatura, sensim succedente tempore, diversis editis oraculis, populo Judaico innotuere. Sic Gen. XII: 1. doceatur Messiam ex Abrahami posteris proditurum, ex tribu Iudeæ, Gen XLIX: 10. e familia Davidis, 2. Sam. VII: 12. &c. locum nativitatis indicavit, solusque Bethlehemum Messiacæ patriam nominavit Michæas C. V. v. 2. Tempus vero, quo nasciturus erat Israëlis Dominator, vage primo descriptum, nimirum ante ablationem sceptri a Iuda, (c) postea Danielis vaticinio, quorundam seculorum spatio, certo restriatum & determinatum, tandem a Propheta postremo

mo Malachia; qui & Messia & præcursoris ejus mox exstituri fecit mentionem, designatum, ultimo ab Angelo tuisse denuntiatum, sacræ nos docent pandectæ.

Judæos itaque non ex uno quodam sanctorum vatum oraculo, circa tempora nativitatis Christi, adventare Regem Israëlis tot seculis promissum, totque patrum desideriis ac vobis expetitum; sed ex pluribus inter se collatis ac simul sumtis, colligere debuisse, immo etiam revera collegisse, dubitari omnino non potest.

(a) *Ebr. I: 1.* (b) *Gen. III: 16.* (c) *Gen. XLIX: 10.*

§. VIII.

Vaticinia ista, in primis quæ tempus adventus Messiae, multis ante seculis, prædixerant, si probe meditati fuerint Judæi, fieri non potuit, quin quo propius instaret exoptata ejus nativitas, eo frequenter de hoc Rege haberi sermones, eo magis expectatione dulcissima omnium impleri cœperint animi. Novimus ab antiquis temporibus, jussu Divino, e lege Mosis Parasham, quovis sabbato, publice prælegi solitam. Novimus P̄almos Davidicos ad præcinendum adhibitos. Lectionem etiam Prophetam lectioni legis subjungere, usū fuisse receptum, nemo ignorat. Unde & ipsis Divina toties repetita oracula de adventante Rege Messia sc̄pius legendi, relegandi, inter se conferendi, doctorumque in eadem audiendi commentaria ac paraphrases, opportunitatem nunquam desuisse, cuivis in proposito esse arbitri-

arbitramur. Talis porro his temporibus, erat reipublicæ Judæorum conditio, ut Romanorum inde jugo subjecti, hinc vero duriori Herodis imperio, quem pro peregrino, cum Idumæus esset, habebant, presi, meliora tempora & latiorem rerum suarum adspectum avide exspectarent. Hinc eo diligentius eos Prophetarum de Messia vaticinia, lustrare coactos, vero admodum redditur simile, quo certius constat, regnum Messiae, male intellectis Divinis oraculis, pro mundano habuisse, indeque liberacionem, a tot quibus premebantur malis, orituram, ipsis fuisse perswasum. Quod vero in ea fuerint opiniones saltem Judæorum plerique, vel ex ingentibus animorum motibus, quos nati Regis Judæorum fama Hierosolymis excitavit, probaveris.

Certe non aliam ob caussam ἐλεγχον πάσσα ιερού λυτα, (¶) quam quod facile perspicerent Judæi, non sine magna effusione sanguinis regno potiturum, Romanorumque & Herodis potentiam debellaturum fore recens natum Regem Messiam. Hinc populus JĒsum prehendere, Regem sibi constituere, seque ipsius uti veri Messiae imperio subjecere voluisse legitur. Hinc & infanticidium Bethlehemiticum, Herodes sibi metuens immani crudelitate solio suo firmando, turpisissime adhibuit. Hæc ipsius Christi discipulis cum ante tum post ejus mortem, eadem cum vulgo de regno mundano mansit opinio. Syndrum Judæorum, utpote viris in legis Prophetarumque lectione versatissimis constans, cum baptizaret

ret Johannes, misit ad eum quosdam sciscitatores, utrum Messias esset, & si minus, cur talia faceret, quæ Messiam facere oporteret. Unde vero hoc Judæis innotescere potuit, nisi e vaticinio Ezechie lis, C. XXXVI: 25. ubi hæc leguntur;

וּזְרַקְתִּי עַלְיכֶם תְּהֻווֹת וְטַהֲרוֹת מִכֶּל טָמֵאות יְכָבֵד לְעַמְּךָ Ad questionem, quid de persona Christi sentiret populus Indæorum? respondent discipuli; alii Johannem Baptistam, alii, Jeremiam, alii, Eliam, alii Prophetam, i. e. *Messiam*, qui Deut. C. XVIII: v. 15. sic appellatur. Intellexerunt facile Judæi, cum se filium hominis nominaret, ad caput Dan. VII: v. 13, 14. respicere Salvatorem; quum ibi hoc nomine insigniatur Messias. Nec in aliis V. T. locis huc spectantibus hospitem fuisse populum Judaicum, abunde colligi potest, è variis N. T. locis, ubi de Messia miraculis, loco nativitatis ejusque æterna duratione disputatum legimus. Quin & Samaritanis Divina de Messia oracula fuisse notissima, tum e colloquio feminæ Samariticæ cum Christo, Joh. VI. tum ex aliis locis, abunde constat.

Mirum proinde non est, nec veri absimile, extitisse circa tempora adventus Christi plurimos e Judæis, qui ex diligentí lectione & meditatione S. S. concludere non obſcure potuerint, adesse tempora a Prophetis prædicta. Non difficile ipsis erat perspectu, Sceptrum a Juda, saltem qua partem, jam esse sublatum, ad finem pervenisse hebdomadas Danielis, Syriæ Ægyptique regna nunc es-ſe eversa.

Quemadmodum igitur Daniel e Prophetia Jeremiæ didicisse dicitur, imminere tempus liberationis e captivitate; ita & Judæorum sapientiores e lectione vaticiniorum Divinorum adventum Messiae nunc animo præcipere potuerunt, quod & Hannæ & Simeonis exemplum extra controversiam ponit. Simeonem quod attinet, erat is, ut nonnullorum fert opinio, Hillelis filius & Synedrii Præses, adeoque legis vaticiniorumque Divinorum peritissimus, quin & peculiari Dei revelatione collustratus, & περισσέως παράκλησιν τῷ ιερῷ λόγῳ. Idem de Hanna dicendum, quæ προφῆτις dicitur, & cuius pietas præclaro celebratur encomio. Ambo ætate proiectiores, indeque ut & ex aliis rationibus, ab LXXX. circiter ante nativitatem Salvatoris annis, hac de Rege Messia prope diem nascituro, fama plenam fuisse totam Judæorum gentem, colligit Humphrid. Prideaux, his veribus; and for above eighty years before Christ's birth, „the whole house of Israël were big thereof. For so long Anna the Prophetess being actuated by it, „had attended at the Temple in fasting and prayer „to wait his appearance. (b)

(a) Matth. II: v. 30 (c) in his connection of the history of the Old and New Testament. P. II: p. 633.

